



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE SVMMO PON=||TIFICE,|| QVINQVE LIRBRIS|| EXPLICATA.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

IX. Explicatur sexta Demonstratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53860](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53860)

tur per tres illos dies, vel intellexit triduum, quod erat con-
sumpturus in itinere Hierosolymitano, vt Albertus & Car-
tanus exponunt; vel certè eo loquendi modo significare
luit, se adhuc modicum tempus superuicturum, & prædicat
rū, vt Iansenius rectè docet. Itaque viderint Illyricus & Ch-
træus, vbi nam dies, & menses Angelicos repererint; in Sa-
ptura enim nusquam reperiuntur.

CAPVT IX.

Explicatur sexta demonstratio.

SEXTA demonstratio sumitur ex vltimo signo
sequente Antichristum, quod erit mundi con-
sumptio. Nam Antichristi aduentus erit paulo ante
finem mundi: Ergo si Antichristus iam dudum
nisset, vt aduersarij dicunt, deberet mundus iam dudum
finitus. Daniel. cap. 7. bis loquens de Antichristo, semel
trans visionem suam, & semel exponens visionem, vix
ce subiungit; post Antichristum statim sequetur mundum
iudicium: *Considerabam, inquit, cornua, & ecce cornu
parvulum ortum est, & tria de cornibus primis enatis
facie eius. Aspiciebam donec throni positi sunt, & ante
dierum sedit, &c.* Et infra, explicans visionem: *Bestia
ta, inquit, quartum regnum erit: Porro cornua decem,
Reges erunt. & alius consurget post eos, & ipse potentior
prioribus, & tres Reges humiliabit, &c.* Et tradentur
nu eius per tempus, & tempora, & dimidium temporis, &
iudicium sedebit, &c.

Similis est prophetia Ioannis Apocal. 20. *Post hac oportet
illum solui modico tempore, & vidi sedes, & sederunt super
illas, & iudicium datum est eis, &c.* Et rursus idem Daniel
postquam dixerat, capite 12. Antichristi regnum duraturum
diebus mille, ducentis & nonaginta, subiungit: *Beati qui
expectat & pervenit usque ad dies mille, trecentos & triginta
quinque; hoc est, usque ad dies XLV. post mortem Antichri-
sti: tunc enim Dominus veniet ad iudicium, & coronas victo-
ria victoribus reddet, vt exponunt Hieronymus, & Theodo-
retus in comment. huius loci.*

Deinde

Deinde idem colligitur ex Matth. 24. *Prædicabitur hoc Evangelium regni in uniuerso mundo in testimonium omnibus Gentibus; & tunc erit consummatio; id est, paulò post erit finis mundi. Et infra: Statim autem post tribulationem dierum illorum Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum; & tunc apparebit signum filij hominis, &c.* Idem ex 2. Thessal. 2. *Tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui, &c.* Vbi Apostolus docet, ferè immediatè post Antichristum, vèturum Christum; quia nimirum intercedet breuissimū tempus, & doli ac fraudes Antichristi, quæ destrui cœptæ erunt per Heliam & Henoch, destruentur penitus per ipsum Christi aduentum, & horribilia signa præcedentia.

Idem denique habetur ex 1. Ioan. 2. *Filioli nouissima hora est, & sicut audistis quia Antichristus venit, & nunc Antichristi multi facti sunt; Unde scimus quia nouissima hora est.* Vbi Ioannes dicit, hoc tempus à Christo vsque ad finem mundi esse nouissimam horam; id est, nouissimum tempus, siue vltimam æratem, vt Augustinus exponit. Et probat pulcherrimè ex hoc principio, quia scimus Antichristum venturum in fine mundi. facit enim Ioannes hoc argumentum. Scimus Antichristum venturum in fine mundi: ac nunc videmus iam adesse multos eius præcursores, siue minores Antichristos: Ergo signum est certum, hanc esse nouissimam horam, siue æratem. Quomodo posset aliquis sic argumentari de vltima hora noctis: scimus solem oriturum in ipso fine noctis: videmus autem nunc multos eius radios iam illustrare aërem: ergo scimus hanc esse vltimam horam noctis.

Denique idem habetur ex communi consensu Patrum, **Irenæi** lib. 5. in fine, Tertulliani libro de Resurrectione, **Augustini** 20. de ciuitate Dei, cap. 19. & aliorum; & confessione aduersariorum. Nam aduersarij fatentur, Antichristum regnaturum vsque ad finem mundi: Ac proinde paulò post eius interitum finem mundi futurum. Ex hoc igitur signo, coniuncto cum superiori, efficitur demonstratio insolubilis, qua probetur Antichristum nondum venisse, nec esse Romanum Pontificem. Nam si continuò post mortem Antichristi mundus finietur; & Antichristus non viuet, postquam apparuerit & regnare cœperit; nisi tribus annis cum dimidio: Ergo non

apparebit, nec regnare incipiet, nisi tribus annis cum die
 dio ante mundi finem. At Papa regnavit iam cum viro
 gladio, etiam ipsorum aduersariorum sententia supra
 annos; & tamen mundus adhuc durat.

CAPVT X.

De nomine Antichristi.

SEQVITVR quarta disputatio, quæ erit de nomi-
 proprio & caractere Antichristi. Fatetur om-
 pertinere omnino ad Antichristum verba illa
 annis Apocalypsis 13. *Et faciet omnes pessillos
 magnis, diuites & pauperes, liberos & seruos habere cha-
 eterem in dextra manu, aut in frontibus suis, & ne quis po-
 emere aut vendere, nisi habeat characterem aut nomē bestie
 aut numerum nominis eius: hic sapientia est. Qui habet
 lectum, computet numerū bestie. Numerus enim hominum
 & numerus eius 666.*

Sunt autem de hoc numero plures opiniones. *PRIMO*, *PRIMO*, qui dicunt hoc numero non designari nomen
 pus aduentus vel mortis Antichristi. Ita Bullingerus quæ-
 fat. homiliarum in Apocal. vult designari tempus aduentus
 Antichristi. Item Magdeburgenses qui Centur. i. lib. 2. 2. 2.
 volunt designari tempus mortis Antichristi; Item quidam
 qui, teste Clithoueo in lib. 4. Damasceni cap. 28. volunt
 signari mortem Mahumeti, quem dicunt esse Antichristum
 quibus consentit LYRANVS in hunc locum, qui non putat
 quidem Mahumetum esse Antichristum; tamē existimat hoc
 numero significari mortem Mahumeti futuram fuisse ante
 666. à Christi aduentu.

Hæc opinio est absurdissima. *PRIMO*, quia Ioannes dicit
 se loqui de numero nominis bestie. *SECUNDO*, quia bestia,
 cuius est hic numerus, præcipiet omnibus mercatoribus, vt
 eo pro signo vtantur in contractibus, vt patet Apoc. 13. Non
 ergo numerus est mortis bestie, sed ad ipsam viuentem perti-
 net. *TERCIO*, quia etiam est falsum, Mahumetum mortuum
 esse anno Christi 666. Quidam enim dicunt eum mortuum
 anno Domini DC. XXXVII. vt Matthæus Palmerius, quidam
 anno